



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

22. An etiam illis, qui volunt confeßionem generalem facere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

esse non sit, vt in pluribus peccatis audiē-  
dis longam moram trahat, per ea quæ ante  
diximus, & in posterum dicturi sumus.

Dices. Si sacerdos sacrificās morbo cor-  
tipiatur, sacerdos succedens debet omnia  
omissa perficere, vt ex Conciliis & decretis  
pluribus colligi potest: ergo & pastor suc-  
cedens debet peccata, quæ restant confi-  
tenda, audire, & beneficium absolutionis  
impendere.

Tolet. 7. c. 3.  
Tolet. 11. c. 13  
refertur 7. q.  
1. c. nihil. &  
cap. illud.

R. Ita ordinariē fieri debere, quamuis  
inter ista duo sacramenta sit magna diffe-  
rentia, vt ex ante dictis facile est colligere.

### QVÆSTIO XXII.

*An etiam illis, qui volunt confessionem gene-  
ralem facere?*

Quæstionis explicatio.

**F**requens est, aliquem velle in mortis  
articulo confessionem generalē facere:  
tunc enim oculos mentis, quos erubescen-  
tia mundana clausit, timor diuini iudicii &  
gehennæ aperire solet, nec tunc difficulter  
quis adducitur, vt ruborem breuem apud  
vñum hominem patiat, quo Dei & Sācto-  
rum omnium confusionē perpetuā euadere  
possit: Huiusmodi occasione quæritur, an  
pastor teneatur huiusmodi generales con-

R. a. confessio

fessiones tempore pestis excipere, an vero excusetur?

*Responsio.*

**E**Xcusabitur regulariter, si hæc concurrant. Primum, quia aduertit peste infectum concepisse cōtritionem vel attritionem suorum peccatorum. Secundum, quia timet pastor, ne ipse peste infectus deficiat, nec voluntati suæ satisfacere possit, ppter maximum, quod ipsi imminet, mortis instantis periculum. Tertium, quia multi peste infecti audiendi sunt, & sanis seruendum, & quædam similia. His enim positis, sufficiat audire vnum duo vel tria peccata, cum confessione generica reliquorum, & illi beneficium absolutionis impendere. Neque obstat, quod confessio non videat integra, quia sufficit esse integram, si non materialiter, saltem formaliter, vult enim omnium omnino peccatorum confessionem facere, si nullum præberetur impedimentum, quod sufficit ad hoc, vt confessio censeatur integra.

Dices. Quid si æger penitus non fidat conscientia suæ, nisi integre confiteatur, etiam materialiter, tenebiturnè pastor integram & generalem omnium omnino peccatorum confessionem in tali casu excipere?

ꝛ. Non

R. Non tenebit, sed poterit paucisconscientiam ægroti pœnitentis melius informare: quamuis si nullus alius sit in maiori necessitate, laudabiliter facturus sit pastor, si illius voto satisfaciatur, vitam corporalem pro illius quiete exponendo, per illa, quæ primo capite diximus.

## Q V Æ S T I O XXIII.

*Quis sit optimus & maxime probandus modus, ministrandi hoc sacramentum tempore pestis?*

Quæstionis explicatio.

C Onsueta methodo dixim<sup>9</sup> de ministris primum, deinde de iis, quib. ministrandū est hoc sacramentum, subiectis resolutionibus quæstionum & excusationum, ppter quas videri potuisset, non esse necessarium, peste infectis illud ministrare, Restat vt de modis ministrandi agamus: in his n. magna varietas reperiri solet, propter varia, quæ periculum, tum ministrantium tum suscipientium, in hoc casu suggerere solet. Et in primis inquirendum, quis censeferi debeat optimus modus ministrandi hoc sacramentum in præsentī casu?

R 3

*Responsio.*